

05
A
1554

THESAURUS DICTIONUM

HAGIOGRAPHICÆ LINGVÆ CHALDÆÆ
EX CANONICÆ ANTIQVITATIS PURITATE, DANIELIS
nempe & Ezræ resi duis monumentis Chaldæis, collectus;

In quo concinnando in id potissimum opera data est, ut dictio-
nes Hagiographicæ Chaldaæ & crudioribus Iudæorum & Pontifi-
ciorum, præsertim Roberti Bellarmini, Guidonis Fabricii
Boderiani, & Benedicti Ariæmont; illitis & qui-
vocationibus ac depravationibus
defecarentur,

Tribus disputationibus publicis in illustri Academia Witteber-
gicâ propositus

per

M. ABRAHAMVM GIBELIVM Torgens.

Quarum prima præmittit generalem discursum de genuina lexicogra-
phias Chaldaæ constitutione, & prescritim de ratione nativam significationem in quali-
bet vocula propriam indagandi & reddendi. Habendaq[ue] erit eis

Ad diem 26. Aprilis:

R E S P O N D E N T E

M. HENRICO GODEKENIO Hildesiano Sax.

Altera ordine recitat & explicabit singulas dictiones Hagiographicæ
Chaldaices usque ad numerum ipsarum dimidium,

Habenda ad diem 3. Maij.

Tertia residuam Lexicographias hujus Chaldaæ expositio-
nem pertexet usque ad finem,

Habenda ad diem 10. Maij.



W I T E B E R G A E

Typis Cratonianis per Iohann. Gorman.

Anno M. D C. VI.

VIRIS
Theologis

Reverendâ dignitate, eru-
ditione præstanti, eximiâ virtute, rerum
variarum usu, & orthodoxæ tûm religionis
tûm Ecclesiæ curâ claris-
simis,



Dn. CHRISTOPHORO SCHLEVPNERO,
S. S. Theol. Doctori, & Superintendenti in

Hildeßheim:

Dn. M. IOHANNI STRVBIO, Super-
intend. gen. in Bocknehm: &c:

Dn. M. IOHAN. HOFFMEISTERO, Super-
intend. Speci. in Wrisbergholzen &c:

Fautoribus suis magnis

Dissertationem hanc observantiae testimonium
offert

M. Henricus Gode-
kenius.

DE GENUINA CHALDÆÆ CONSTI- TUITIONE

THESES I.



Tudium antiquioris puriorisque
Chaldaices Hagiographicæ volvitur partim
in preceptionum ejus lingue grammaticarum
contemplatione atque exercitatione; partim
in genuina ipsarum hagiographicæ puritatis
Chaldaæ dictionum Lexicographia.

2. De priore studii hujus parte, nempe de preceptionum grammaticalium theorematibus, quæ hodiè ex residuis potissimum Prophetæ Danielis & Ezrae reliquiis Aramæis, & pauculis quibusdam Jeremiae & Geneseos voculis judicio adornari possunt, propriè nobis impræsentiarum agendi non erit locus: tūm quia deprehendimus, ante omnes nostri seculi Hebræos & Chaldaeos Doctores in theorematibus Grammaticalibus ex Hagiographicorum monumentorum Chaldaeorum antiquitate reficiendis dudum Iohannem Mercerum præclarè laborasse, ac tantum non elaborasse: tūm quod pauciora & minora inibi sint momenta, quæ quandam disquisitionis prolixioris dubitationis aliam subire videantur.

3. Cæterum altera præsentis studii pars, fructus longè momentosioris, occupata erit circa dictionum Hagiographicarum Chaldaearum thesaurum.

4. Is quoque ex Danielis 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Capitibus, & ex 4. 5. 6. & 7. Ezra: & ex versu 11, capitio 10. Jeremiae: & duabus voculis Aramæis versu 47. cap. 31. Geneseos erit adornandus. Id que partim dictionum Chaldaearum inibi extantium collectione & enumeratione; partim earundem genuinâ interpretatione.

5. A dictionum, Radicumque ordine Alphabetico concinnandarum recitatione, neutiquam sequestrari debere judico ipsam anomaliarum quoq; enumerationem, cuicunq; vocabulo aliquæ præter communiores legum Grammaticalium nor-

mam naturā competunt: Et si quæ alia alioquin certis regulis, citra ipsarum vocularū enumerationem, comprehendī haud facilē potuerint. Nec non, qua interdum ad regulas Grammaticas revocatū diffīciliora ac præ cæteris intricatiōra dubiāve occur-
runt. Exempla infrā in vocabulo אַיִל & אַיִל & קָרְבָּן & קָרְבָּן & similibus pluribus videre erit.

6. Contrā, si aut in dictionum Lexicographicā enumeratiōne, allegatā exemplorum quadam congerie, de regularibus
אַיִל & aliis affectionibus communioribus commentationem
instituere velis, præter rem excrescit opus Lexicographicum
in immensum, id quod multis Lexicographiis Hebræis accidis-
se videmus: Aut si contrā in Grammaticarum præceptionum sy-
stema intrudere velis notations de ingenitis peculiaribus
vocabulorū anomalīis; rursus ipsarum præceptionum, notatiuncula-
rum & cautelarū Grammaticarū præter rem excrescit moles:
Vel deniq; tota Lingua institutio evadet manca & mutila, si utro-
biq; peculiarium istarum anomaliarum doctrina negligatur &
prolō omittatur. Quocirca ne vel doctrinariū אַיִל & קָרְבָּן, vel
institutionis imperfectio obrepat; ex usu discentiū cōmodissimū
fuerit, omnes peculiares dictionum genio innatas anomalias i-
psi protinō Lexicographicæ cujusq; vocabuli recitationi sigil-
latim adjicere, reliquas vero cōmuniiores ac regulares vocalarū
affectiones Grāmaticis præceptionibus relinquere. Vt: quod pro
הַנְּפָע re & tē scribatur etiam נְפָע, nihil attinet in Lexicogra-
phia speciatim de hoc verbo monere, cūm id nō huic modō sed
omnibus aliis & Verbis & Nominibus accidat usitatissimē &
prorsus regulariter, ut pro הַנְּפָע finali liceat reponere נ. Vt:
הַנְּפָע Dan. 5, 29. & נְפָע Dan. 4, 22.

7. Hucusq; de vocalarum Lexicographicā recitatione. Porrò ad
dictionum genuinam interpretationem requiritur primò, ut in qualibet
vocalā primā ac certam significatiōnē unicā proprie vīni indagare ac
constituere studeamus, relatis (quoad fieri possit). omnibus lac-
niosarū & equivocationū & aliarū incertitudinē labyrinthis.
Deinde ut indagatam & inventam dictionis proprietatem non
pluribus sine discretione coacervatis synonymis, sed, si fieri que-
at, vel unicā saltē vocalā, aut certē aptā & quām proximē usui
vocabuli Chaldæi correspōdente circumlocutionē nō ambiguā
reddamus

Conqueritur idē
Sekft. Munste-
rū, in suo Lexi-
co Hebraico.

reddamus ac efferamus, quæ & ipsa ne tempore usu potestateq; redditi vocabuli Chaldaei nulla parte nec latius pateat, nec arctius constringatur. Utracunq; in parte ubi hactenus à Lexicographis aut interpretibus peccatum fuit, non sine periculo peccatum fuit.

8. Ac, quoad significationis propria indagationem ac constitutionem, sanè nisi in ea usitatam Rabbinisticam æquivocandi licentiam studiosè cavere conemur, satius omnino foret (Divi Lutheri iudicio) vel antiquam vulgatam Bibliorum versionem retinere, quam tot fluctuantium æquivationum mox andris in variis fluxis ac incôstantes unius ejusdemq; loci Biblici interpretationes distrahi ac quasi transversos abripi.

9. Sic proinde etiam atq; etiam statuo; si modò ingruentes dubitationum fluctus eorumq; impetum ac vim satis masculè sustinere volumus, oportere nos certam, firmam, fixam atq; solidam, eamq; solam & unicam cuiusq; vocis proprietatem in contextu Biblico exploratâ habere, in quoq; Articuli fidei Christianæ fundamento & præsidio certū satis tutò ponere nitimur.

10. Adeò nihil facio judiciū Benedicti Ariæmontani, primarii apud Pontificios Bibliorū interpretis, qui in Præfatione suorum Bibliorum Hebræo-Latinorū sic scribit: Cùm hujusmodi aliqua vox ambigua, seu quæ duo significat, in primævâ illâ Linguâ usurpatur, eâ Spiritum sanctum sine delectu aliquo usum nō esse, nobis persuademus: & utramq; significationem, suam interpretationem postulare, & hâc de causâ eas voces nobis, ut in utramq; partē eas interpretemur, propositas esse credimus.

11. Idem auctor, in discursu de versionum similitudine & varietate, graviter scilicet hunc in modum censet: Nemo Hebraicè doctus est, inquit, qui inficias ire possit, Hebraicam Linguam in simplicibus etiam verbis multiplicem significationem continere, non illam quidem pugnantem, tamen multiplicem. Idque cum omnibus aliis Linguis non ignotum aut novum sit, huic tamen est notissimum & frequentissimum. Ideò verò videtur D E U S veteres libros hac potissimum linguâ cōscriptos à principio voluisse, qui cùm simplicissimâ illa immensaq; sapientiâ omnia noverit, ut multa etiam consilii sui mysteria unicâ ac simplici oratione declararet, eam auctor ipse Linguam adoptavit, quæ prima

Esdem fermè verbis utuntur Zwinglius & ejus socij in præfatione sua Biblica versionis Helvetice, ubi interpretamenta sua à Divi Lutheri versione recedentia similiter quodam præextu palliare conantur.

*De vi & em-
phasi verborum
sacrorum loqui-
tur Syracides: at
de verborum He-
breorum & qui-
vocationibus, in
toto suo Prologo
nihil quoquam
sonniauit.*

omnium fucit, quæque omnium significantissima laudatur. Cæteras namq; Linguis idem præstare non posse, manifestius est, quæm ut nostris documentis egeat. Nam sacrorum verborum majestatem, pondus, numerum, & significationis vim Græcè reddi exprimique posse, Ecclesiasticus negat in Prologo.

12. Cùm ergo factorum librorum interpres (inquit porrò) aliarum Linguarum perits hominibus quammaxime prodesse studuerint, id quod unâ operâ esicere nō poterant, diviso labore moliti sunt, ita ut alius aliam ejusdem verbi significationem, alius verò aliam, sive ex varia punctatione sibi existimata, sive ex simplicitate, sive ex translatione, sive ex multiplicitate (quam aquivocationem vocant Dialectici) exhibereret. Hæ tantum abest, ut secum pugnant, ut potius unâ collatæ & consideratæ, magnum lectoribus usum fructuinq; afferant.

13. Idem, ubi de usu peritiae Linguarū sacrarum agere profiterur, conqueritur ante omnia, *ambigua* nimis arctè contrahi in versionibus. Et in usu octavo: Illud (inquit) prætermittendum non est, sacram Scripturam adeò uberem ac fecundam esse, ut sèpius duplicum sensum in se contineat: quod quidem potissimum accidit, cùm oratio ex figuris, exhortationibus aut allegoriis constat. Quæ quidem fecunditas nusquam magis quæm in primâ illâ Linguâ deprehendi aut observari potest. Quo in genere illam, quæ sancta appellata est, Linguam cæteris præstare omnibus, constat: cuius nimirum infinitæ penè dictiones multiplicem in se significationem continent: quod in quovis alio Linguarum genere non invenias. Atque hac potissimum de causa eam tanquam omnium fæcundissimam à Deo electam esse, ut divinorum mysteriorum veluti sacrarium quoddam esset, credendū est. Hucusq; verba Ben. Ariæmontani,

14. Sub hujusmodi nempe phaleratis prætextibus apprehendere parant adversarii, Papicole, Zwingiani & Judæi, in textibus Biblicis ex quovis quidvis pro lubitu fingendi. Vt: cum haec vel illâ propositæ dictionis ~~dubia~~ urgentur, non placet ea? mox, Leviathanicâ serpentinâ suâ lubricitate freti, per istiusmodi æquivocatuncularum rimas elabuntur ad significacionem aliam atq; aliam, donec significationis aliquod figmentum inveniant, in quo subsistere dogmatis suis stabiliendis com-
modum

modum ipsis videatur, aut qua saltem vis orthodoxorum argumentorum eludi queat: ut si adversarii ex eo non propositum suum solidè obtinere valeant, saltem dicti Biblici interpretatio anceps evadat, dubia & lubrica, quæ nec nobis nec ipsis nec aliis constanter succurrere possit.

15. Uno atque altero exemplo res evader illucrior. Scribit Lutherus in Assert. Artic. 5. de satisfactiōe operum. Vehementer odi & sublatum vellem hoc vocabulum *Satisfactio*, quod non modo in scripturis non invenitur, sed & periculōsum habet sensum, quasi Deo quisquam possit pro ullo peccato satisfacere, cūm gratis ille ignoscat omnia.

16. Ad quæ Lutheri verba Rob. Bellarminus Jesuita lib. 4. de pœnitentiā cap. 8. ita responderet, inquiens: Testimonium nostræ sententiae habetur Danielis 4. Peccata tua Eleemosynis redimie. Hic habemus vocem *Redemptionis*, quæ æquivalēt voci *satisfactionis*; quam Lutherus in divinis literis inveniri negabat. Certe enim non minus ad justitiam pertinet *Redemptio*, quam *Satisfactio*: &c. si absurdum esset dicere, nostris operibus *satisficeri* pro peccatis, multò esset absurdius dicere, nostris operibus *redimi* peccata. Quemadmodum ipsi etiam hæretici gravius ferunt, si dici velimus aliquid ex parte *redemtores*, quam *Satisfactores*. Cūm igitur Scriptura non uno in loco disertis verbis tradat, nostris operibus *redimi* peccata, prefectio non abhorret ab usu Scripturæ, quod nos dicimus, nostris operibus *satisficeri* pro peccatis.

17. Et paulò post: Locus Danielis duobus modis exponi solet. Vno modo, ut per peccatum intelligatur culpa sine iniuritia cum Deo: & tunc significatur illis verbis, posse hominem pœnitentem per Eleemosynas placare Deum ex congruo, atque ab eo gratiam reconciliationis impetrare. Ex qua interpretatione id sequitur, ut si opera hominis nondum justificati, tamen cum auxilio Dei speciali facta tantum valent ad reconciliationem, ut ex congruo dicantur redimere culpm: multò magis opera hominis sunt, ex Spiritu inhabitante facta, tantum valeant ad expianda a pœnam temporalem, ut ex condigno dicantur redimere pœnam. Alio modo exponuntur à nonnullis ea verba, ut per peccatum sola pœna intelligatur. Sed quia Nabuchodonosor impius erat, & non solum pœna, sed etiam culpæ remissione indige-

Solidè & acer-
rimè refutatur
hereticus Lu-
therus per Potest
sic exponi:

Et per Potest
aliter exponi.

indigebat, idcirco autores illi volunt, sententiam Danielis esse
hiulcam, ac subintelligi alia verba, quibus ad agendam pœni-
tentiam, & querendam reconciliationem Daniel regem sit co-
hortatus, ac tum demum addiderit de expianda pœna: Pecca-
ta tua Eleemosynis redime. Cæterum plenus commentarius
erit, si verba Danielis intelligamus de perfecta remissione
peccati quoad culpam & pœnam: ita ut cohortatio sit ad ma-
gnas & frequentes Eleemosynas, quibus primùm disponatur rex
ad reconciliationem, deinde etiam pœnam ex cōdigno redimat.
Hactenus Bellarminus.

Quam interpre-
tationem ex vul-
gata antiqua
versione lubens
retinet etiam
Ben. Ariemon-
tanus.

18. Ex adductis ejus verbis videmus, quod in sententiâ
Danielis 4. (Peccata tua iustitiâ abrumpe, & iniurias tuas misera-
tionē erga afflitos) Jesuita verbum Chaldaicum בְּרַכָּה accipiat de
redemptione & satisfactione operum nostrorum pro peccatis vel pœniā eorum.
Tamen si interim Pontificiorum Lexicographi non diffidentur,
Verbum Hebræorum & Chaldaeorum בְּרַךְ alioquin signi-
ficare Frangere, abrumpere à collo suo, conterere, lacerare, dividere, sepa-
rare, servare, salvum facere, subverttere, dissolvere &c.

19. Jam si has significationum æquivocationes adver-
sariis concedas, & dicas, in loco tamen Danielis citato,
בְּרַכָּה non significare Redimere sed simpliciter defricando
abrumpere & abjecere &c. annon æquè promptè adversarius reponet
בְּרַכָּה ibi non significare simpliciter abrumpere, sed redime-
re ac λύτρωσι satisfacere: siquidem בְּרַךְ tam pro redimere
& salvare quam pro dividere & dissolvere in scripturis usurpa-
ri admittas. An quæso jam ex his æquivocationibus certi quid
statui sententiavé ferri posset, uter veritatis palmam obtinuerit?
Nam ex eodem æquivocationis jure æquè promptum erit an-
tagonistæ tuam significationem tibi negare atq; tu eam affir-
maveris. Adeoq; dum pari hîc Marte certaveritis, interea
isthac æquivocationū ambiguitate dubitationis scrupulus neu-
trobique tollitur. Ac, cum illis quidem hoc modo redimendi
significatio allegato loco non omnino maneat certa & fixa, ta-
men nobis quoq; hisce æquivocationibus, si earum unicè præ-
sidio freti effugere debeamus, nostram etiam loci præsentis ex-
positionem reddiderint prorsus incertam, dubiam, vagam &
fluxam, id quod vel solum efficiisse, in sinum gavisuri sint ad-
versarii

versarii, eorumq; parens, à quo omnes scripturarum corruptelæ
ac vagæ violentæq; earum detorsiehes proficiscuntur.

20. Atqui verò facile tota isthæc æquificationum Babylonica confusio & plūs quām Pyrrhonica incertitudo in fumum
ac ventum displosa expirabit, si urgeas, necesse esse, ut unius dictionis
una tantum sit significatio propria: adeoque hujus etiam Hebrai
& Chaldaei verbi פְּרָא unicam tantum esse proprietatem.

Regula Lutheri
in Commentario
Gen. 33. super
versum 18.

21. Quæ enim ea sit, tutissimè & liquidissimè poterit deprehendi (monente infrà Regulâ secundâ, de ratione inveniendi
propriam dictionis cuiusq; potestatem) ex comparatione sive
collatione & inductione complurium & quidem præcipue illorum
Scripturæ Canonica locerum, in quibus omnium evidensissimè vox פְּרָא non ullam aliam pati potest, nisi unicam tantum
significationis propriam vim, nempe defricare, seu, fricando abrumpe-
re atq; abjecere.

22. Ad quæ sanè sanè scripturæ loca significatio Pontificia neque per proprietatem neq; per tropum ullum reduci poterit:
quod omnino fieri oportebat: Omnimodi namq; cuiusq; genuinae
significationis natura ita comparata est, ut ad suæ vocule loca Biblia
universa & singula aut per proprietatem aut certè per convenientis cuiusdā
translationis observationem quadret.

23. Accommodemus proinde Scripturæ testimonia, in
quibus vox פְּרָא extat. Ut: Psal. 7,3, Ne forte deprædetur ut
leo animam, פֹּרֶךְ defricans seu abrumpens, & non libe-
rans, scilicet sit. Qui vel unicus locus putidissimum Pontificiorum
redemptionis segmentum, quod in voce פְּרָא Dan. 4. com-
miniscuntur, in minutissimum pulverem contundit: nisi leoni
abripieni & dilaceranti vel proprie vel translatè redemtionem
absurdissimè tribuere velint.

24. Sic i. Reg. 19, 11. Ventus magnus & validus,
בְּרִים defricans montes, hoc est, frustillatim montes
& colles abrumpens & dejicens: Juxta Pontificiorum sapientiam,
redimens montes, Exodi 32, versu 3. & 4. & 24. וַיַּתְפְּרֹךְ הַתְּפִרְךָ בְּרִין defricare inaures aureas, quæ sunt in auribus uxori-
um vestrarum & liberorum vestrorum, &c. Juxta Pontificiam
significationem, Redimite inaures ab uxoribus & liberis vestris,

B

seu,



seu, satis facite pro eis. Zech. vii, 15. Pastor improbus carnem pinguium ovium comedet, & ungulas earum defricabit. Iuxta Pontificios scilicet Pastor improbus oves salvabit & redimet: Credo, eā methodo, quā Pontificij Pastores, novi illi mundi redemptores, hoc est, exitiosi Christianorum seductores, oves gregis Christi sibi commissas redimunt & salvant. Ezech. 19, 12 **הַרְפָּעָה** defricti sunt, & aruerunt palmites vritis. Ex Pontificiae significationis fundamento, **redemti & salvati sunt** palmites. ostendit Lojolitæ, per quem tropum?

25. Porro Genes. 27, 40, benedicit Isaac Esavo: & inter reliqua ait: Erit tempus **הַרְפָּעָה** quo & tu defricabis jugum Iacobi fratris tui à collo tuo: Non utique **הַרְפָּעָה**, sed vi & armis: quod ita factum historiae Biblicæ clare loquuntur. Solidissime proinde juxta atq; apertissime R. Salomon & alij interpretes priores vel ex hoc solo Geneseos loco arguunt vim memorati Chaldaici etiam verbis **כִּרְבָּד** Dan. 4, ubi Nebucadnezari suader Propheta, ut rex iniquitatem **וְתִשְׁגַּבְתָּ**, qua torus involutus & quasi constrictus hærebat; omni laboris ac diligentia studio viribusq; omnibus, divinâ simul in auxilium ac præsidium adhibita gratiâ, à collo & cervice sua abrupat & prouersus abiicit. Quod metaphorico sensu tractum sit à jumenti violentia, quod allatum iugi quandoq; molem **וְמִן־יְהִי** defrictâ à sese abrumpit ac humi deicit. Unde nempe aphorismi Prophetici sensus genuinus hic emergit, Peccata tua abrumpit in justitia, & iniquitates tuas in miseratione erga afflictos: hoc est, Peccatum & iniquitatem tuam, quæ haec tenus in innocentes iniquè & crudeliter sævijisti, de hinc prouersus mitte & omni conamine abiice, & contrâ eius rei loco diligenter stude justitiae & miserationi in afflictos.

*Vi ostendunt
historie Iudicij.*

26. Ulterius, Ps. 136, 24. Dedit terram Sihon regis Amorrhæorum, & Og regis Balan, Israëlitis in hereditatem, in humiliatione nostra recordatus est nostri **וְנִכְרֵבָה** & abrupit (hoc est constrictos omni vi eripuit) nos ab ijs qui affligebant nos: Aegyptijs nempe, Chananzis, Moabitis, Philistinis, Midianitis &c. eripuit nos, non sanè solvendo hostibus **וְתִשְׁגַּבְתָּ**, sed validâ manu & brachio extenso, Exod. 13, 3. Nahum 3, 5, Væ civitati sanguinum, tota est mendacio & **כִּרְבָּד** ruptione plena: non certe redemtione. Obad. ver. 14, Ne ites ad **כִּרְבָּד** ruptionem seu rupturam, h. e. in bivio; ubi semita altera ab altera defricatur seu diffunditur. Ex

Pontificiorum fundamento, bivium denominationem suam sortitum fuisset à λύραις. 1.Sam. 4,18. Fracta est חַרְבָּת cervix eius: quæ apud Hebreos nomen accepit à defricando: ex Pontificiorum fundamento, à λυράσει.

27. Ad nullum horum Scripturæ locorum hactenus recitatorum quadrauit significatio Pontificalis redēmptionis ac satisfac-tionis: Et tamen in nulla alia canonica Scriptura uspiam usurpatūt hæc vocula, nec Radix eius, nec derivatum: Unico nempe ad-huc adiuncto loco, qui restat ex Thren. 5,8. Servi dominati sunt nobis, &c non est, qui nos ab ipsorum manu *abruptat*, hoc est, non est qui nos in eorum potestate constrictos validè eripiat. Ubi Ie-remias non loquitur de redēmptione λύρας interventu acquirenda: vix enim huius etiam adminiculo in libertatem vindicari potu-isserent captivi apud Chaldeos detenti: sed desiderant ibi pij Israē-litæ validam manus divinae erekctionem & quasi abruptiōnem, qua ex captivitatis carcere eluctari queant.

28. Dicas: Videtur tamen ibi vocabuli πύρρων posse esse significationem redēmторis. Responsio planissima est: à Posse ad Eſſe argumentari, Sophistarū eſſe. Ac si vicissim ipse quoq; mo-re & quivocorum andabatarum obverterem, posse etiam ibi si-gnificationem voculae non eſſe de redēmptione, sed simpliciter de abruptione seu erekctione; quid tūm quæſo Iesuitæ suo Pyrrhonicō posse evicerint? Atqui verò tenebantur Iesuitæ talem adducere Scripturæ locum, qui non indigitet saltē, sed inevitabiliter evin-cat, ut alicubi vocula isthæc non ullo alio niſi redēmendi significatu accipi posſit. Qualem illi Scripturæ locum ad Cal: Græcorum sine du-bio in medium producent. Exploratissimum enim eſt, præter su-pra allegata Scripturarum testimonia, voculae huius nec Radice nec surculū ullum in tota Scriptura canonica extare. Ac deniq; cum ex superioribus certum sit, redēmendi significationē ad præ-cipua Scripturæ dicta superiùs excussa nullā prorsus ratione quadrare quivisse. Et verò necesse ſit, ut quævis germana dictionis Hebrææ & Chaldaæ significatio non ad unum saltē atq; alterum, ſed ad universa & singula Scripturæ loca, ubi eadem vox occurrit, vel proprietate ſue vel convenienter obſervato tropo congruat: ἀδοξαγόνως concludimus Pontificiam redēmendi significationem in Hebr: & Chald: verbo Πύρρων nullo prorsus modo poſſe eſſe genuinam. Vna hæc fuit & quivocatione, qua pulcherrimum Da-sielis ap̄ horis ſuum Chaldaeum redēmtores Pontificii ad ſuum dogma in Christi merita blaſphemum neq; alter detorſerunt.

29. Deinde, in eodem Danielis aphorismo æquivocationes porrò comminiscuntur in Nomine חטאתך peccata tua : quod refert Bellarminus vel pro peccatis vel pro pœnis peccati posse accipi. 3. idē illud afferit de dictione inibi sequente עבירותך iniquitates tuas. Perinde ac si ingenita natura harum dictionum geminam hujusmodi significationem requirat. 4. Dictiones eiusdem versiculi ברכותך עניין in miseratione afflictorum, Iudei nonnulli (teste R. Saadia) interpretantur de percusionibus & flagris, & spontaneis afflictionibus : deducunq; à Rad. ברכותך, quam aiunt modò significare delere, modò percutere &c. ut sit sensus, peccata tua redime per percusiones & flagra. Credo, quia Iusticiariorum Pœnitentiariorum & Flagellariorum Monachorum ordo in regno etiam dum Chaldeo inde usque à Danielis tempore extitit : Quorum patronum nunc Danielem quoque, velit nolit, oportet fieri. 5. Imperitia etiam ea est, quod ארכותך justiciam, strictè exponunt Eleemosynas, & 6. עניין simpliciter de pauperibus seu egenis ; cum vis & proprietas utriusque voculæ suâ naturâ multò latius pateat. 7. Particulam 1. Ecce, quia ibidē assertivam promissionem temporalis felicitatis annexit Prophetæ, inquiens, Ecce (hoc patto) erit prorogatio in cunctatate tue : Pontificij convertunt in dubitativam, & prætendunt, 1. alijs significare Ecce, alijs Si forte. Ut sit sensus, Redime peccata tua Eleemosynis, si forte Deus ignoscat delictis tuis, hoc est, etiamsi satisficeris tuis Eleemosynis & alijs operibus ac passionibus pro peccatis aut pœnis peccatorum tuorum, tamen nondum certi quid tibi polliceri debes, an protinus tibi remissa sint peccata, nec ne, sed oportet ut id etiam dum in dubio relinquas : fieri enim posset, ut adhuc in purgatorio quoddam tibi delictorum tuorum residuum sit expiandum : quippe cum homo in hac vita scire nō queat, an amore apud Deum, an verò odio sit dignus. Ubi iterum præsente loco Danielis, dubitatione suam, conscientiarum istam carnificinam, beneficio istius æquivocatiuncula egregium in modum astrictam autumant Romanenses. 8. Quod mox inibi subsequitur ברכותך prorogatio, statuunt adversarij significare etiam posse sanationem, ignorantiam, remissionem ac condonationem. 9. Denique quia ultimam ibi vocalam לשלוחך incolumi

incolumitati tuae, R. David Kimhi affirmat etiam exponi posse Errori tuo: Pontificij plerique libentius amplectuntur significacionem hanc posteriorem, & contrà prioris illius, quæ ramificationis Chaldaicæ propriissima est, interpretationis sensum parùm aut prorsus nihil curant. Conferas iam & concilies interpretationem utramq;. Vna, quæ proprias significaciones vocum attendit, talis est: Peccata tua justitiam abrumpe, & iniquitates tuas miseratione erga afflictos. Ecce (hoc patitur) erit prorogatio incolumitati tuae. Altera, quæ æquivocationes sectatur, talis est: Peccata tua Eleemosynam redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, (iuxta Iudeos quosdam, flagris & afflictionibus) forsitan ignoscet. Deus delicas tuis.

30. Nondum hic adjicere placuit plenariam deliriorum horum confutationem, sed satius est reservare eam ad subsequentem infra ordinariam dictionis cuiusq; expositionem. Hic autem eo saltē fine interpretationes istas breviter recitando attigimus, tantum ut cordatus quisque lector exinde quodammodo judiciū facere quiret, quid adversarij suis æquivocationib; moliantur, quamq; turbulenta ambiguitatum, incertitudinum ac corruptelarum omnis generis lerna impendeat ex içennâis istis dictionum æquivocationibus, cum videamus, isthac æquivocandi temeritate vel in unico hoc brevissimo aphorismo novem continuas voces fœdissimum in modum suisse detortas, corruptas ac depravatas: Quà factum, ut postmodum, cum justiciarij vix tam quoquam quam in hoc Scripturæ loco causæ suæ præsidium ponerent, multæ animarum myriades pravâ huius loci versione miserè seductæ ad inferorum barathrum rectâ dëscenderint.

31. Atque eò porrò sanè perniciosior malis huius gangrena fuerit existimanda, quo' eadem latiū serpissime deprehenditur. Siquidem non in Chaldaicis solummodo sed etiam in præcipuis Hebreis dictionibus eadēm æquivocandi licentiam habetens obtinuisse videmus. Quod Divus Lutherus graviter conqueritur, quod Rabbini & alij eorum sectatores vel uni tritissimæ isti Radici רְבָבָה tantum non viginti diversissimas significaciones tribuerint. Nempe hoc vel illo Scripturæ loco significatio non placet illa? arripiunt aliam.

In Commentar.
In Genesim
cap. 41. super
versum 34.

*Loca, ex quibus
hanc significa-
tionum multi-
plicitatem evin-
cere conantur,
videtur est in
Lexico Pagnini.*

32. Idem accedit verbo Hebræo ηιψ, in illo Gen 3, 15. *Se-
men mulieris obruendo opprimet atq; obteret tibi caput & tu similiter ob-
teres ipsi calcaneum.* Hic, inquit, ηιψ significat conterere, sibilo afflare, rugiri, mordere, insidiari, tenebris occultare &c. Verè te-
nebras has dixeris. In tota Scriptura quater tantum exstat hoc
verbuni ηιψ, & nihilominus faciunt ei significationes sex
inter se longè diversissimas. Edone vero rem Christianorum
indignum in modum recidisse! ut inde usque à seculo temporibus
Apostolorum proximo, ratissimè interpretum quidam aut Lexi-
cographus Hebræus repertus fuerit, qui solidam ac primigeni-
am verbi huius Hebræi proprietatem ab æquivocationum tricis
explicatam, puram enuclearit, enucleatam unicè usurperit, & sar-
tam rectam ad posteriorum manus transmiserit: Cum contrà
verbi eius vim atq; potestatem γνησίαν in illo insigni πρωτ-
ευαγγελίῳ nupsiani non indies in omnibus templis & scho-
lis ingensuato ac decantato, oportuisset ante omnia usque qua-
que explicatissimam ac exploratissimam habere.

33. Similes justissimæ querelæ possent institui de numero-
rum aliorum quoque S. Scripturæ vocabulorum æquivoca-
tionibus: quorum plerunque germana ac nativa proprietas ha-
ctenus à Lexicographis, Rabbinicis præsertim, ignorata fuit. Id
quod vel ipsi propalam luculento hoc ipso arguento produnt,
quando nempe in certa significatione non subsistunt, sed tot uni-
eidemq; voculæ æquivocationes disparatisimis tribuunt, qua
nulla proorsus ratione unius proprietatis sinum ingredi queant.
Quod genus æquivocationis affatim hic etiā videre erit (ut Lexi-
copia Hebræa præsente loco mittamus) cum primis in Dictionario
Chaldaeo Guidonis Fabricij Bodeniani, primarij Pontificiorum
Lexicographi Chaldaei: quod unicè in eo totum occupatum est, ut
diversissimas Rabbinorum & aliorum interpretum significa-
tiones ac sententias de qualibet vocula comportet & conglobet:
Quod ubi effectum dedit, solidam inibi postmodum certamque
proprietatis constitutionem nihil quicquam moratur.

34. Iudicet jam qui aliiquid judicare potest, an negocij
huius doctrina, densissimarum nempe illarum, quas hactenus
æquivocationum latebræ induxere, tenebrarum discussio, occu-
pata sit circa questiones ritasve Grammaticicas scholastici pul-
veris situ dignas.

Quinimò,

35. Quinimō, cūm vix quicquam certi de cuiusquam vōculā significatu proprio statui possit, nisi inspecta attenteq; considerata inductione ac comparatione omnium, in quibus una eademque vōcula recurrat, locorum Biblicorum, uti infra Regula secunda requireret: cumque certum sit, unius proprietatis evolutionem genuinam creberīmis in locis plūs facere ad perspicuum oraculorum Biblicorum sensum enucleādum, quām alioquin citra eam vix multa copiosa commentaria p̄fſtare potuerint: judicet jam qui velit, annon studia h̄c, istarum nempe tot seculis in veteratarum ambiguitatum ac difficultatum enodationes dignissimā usque fuerint diligentissimis quibusque Scripturarum sacrarum interpretib⁹s.

36. Quocirca dolenda & iterum atque iterum deploranda irreparabilis iſthę Ecclesiæ jactura est, quōd post Apostolorum tempora, tanto seculorum decursu, paucissimi fuerint docentium & discentium, quibus fundamentalis in Lingua Hebr. & Chaldaea æquivocationum conciliatio cura fuerit: inter eos præsertim, qui p̄cipuum ætatis suæ florem intricatiōrib⁹s nonnullis quæstionib⁹ alijs tantisper consecrarent, ut in eaurum situ quasi consenescentes, postmodū ad negocij huius gravissimi & difficilimi expeditionem hebetati prorsus ac impeti, adeoq; ad penitorem fontium Israēliticorum adytorumque Theologicorum introspectionem vestigandam habiles nunquam evaserint. Quod damnum etiam si nos hic dissimularemus, tamen experientia id plūs quām innumetis suffragijs publicitus clamaret.

37. Operæ proinde precium etiam atque etiam facturos nos spero, si que ad eos æquivocationum Dedalæos labyrinthos perrumpendos, & ad constituendam significationis cuiq; vocabulo Hagiographico Chaldaeo propriæ certitudinem, adminicula potissimum requirantur, hisce subiunctis quinque obſervatiōnibus ſive Regulis explicemus: quas in colligenda Lexicographia Hebræa & ſubsequēte hic Chaldaea ſtudiosè ſectari oportebit. Ac optandum ſanè fuerat, ut antehac, quæadmodū par erat, hoc genus Regula omnib⁹. Lexicographij Hebr. & Chaldaic⁹ p̄fixa, in iſq; adornādis vel ha vel ſimiles etiā alia probè attēta fuiffent.

Sed



Sed quia deprehendimus, eas Iudeorum & Pontificiorum Rabbinis plerasque hactenus propterea ignoratas, alijs etiam Hebreis & Chaldaeis Lexicographis haud raro partim feliciter ad usum traductas, in unius vero Lutheri eruditissimis ac *Θεολογικανάπτωσις* commentarijs orationum luculentissime passim annotatas & explicatas esse: ipsius proinde potissimum ductum in Regularium earum recitatione sequar, commentariorumq; eius loca, ex quibus axiomata singula hausi, sigillatim allegabo.

Regula 5. De ratione propriam cuiusque dictionis Hagiographicæ Chaldaeæ significationem indagandi.

38. Ac fatendum est quidem, primò, aliquid sanè ad hoc negotium expediendum facere, si quis consulat & excutiat Rabbinos cum suis interpretationibus, sicubi videlicet ipsis inter se mutuò de significatione aut assertione aliquā Grammaticali, usui Scripturæ convéniente, constat. Vt: *Quin Σέφη* unicò significet *Sapientiam*: aut, quin Tertia persona Præteriti Sing: *Kal* in Verbis sit cæterarum Verbalium *πλάνη* origo ac Radix, nemo est qui reclamet'.

39. Cæterùm talis consensus & certitudo quia apud Rabbinos, in significatis præsertim certificandis, admodum rara usu venit, siquidem totum hic eorum studium consistit in æquivocationibus, ac tantum ad sophisticen in his idonei sunt, ut *Vivus* Lutherus ait: Dissensionum jam & æquivocationum reliquarum longè confusissimarum chaos, quanam ratione evolvendum ac dijudicandum? aut, si quainterum illis de sententiâ constat, eiusdem certitudo nobis etiam quā ratione evadet liquida ac firma?

40. Hic proinde ulterius per opus est diligentí comparsatione & collatione mutuâ exemplorum Biblicorum, ubi in hac Linguâ (sive etiam in Hebræa, quippe huius matre) eadem phrasis, eadem vox, eiusdem thema derivatum recurrit: convenienteq; locorum omnium ad unius significationis proprietatem reductione & conciliatione.

Vt

Regula 1. de
indagandâ di-
ctionis cuiusq;
Hagiographicæ
Chaldaeæ pro-
prietate.
Lutherus in-
Commentario
super ultima
verba *Davidis*.

In Commen-
tario Gen. cap. 41.
super verbum
38.

Regula 2. quam
habet *Lub: m*
Genesin cap. 43.
super verbum
39.

41. Ut: quod שְׁרֵךְ non sit (ut quidem R. Salomon Jarchi exponit) idem quod שְׁרֵךְ & שְׁרֵךְ palpavit & exploravit: animadvertisimus ex collatione exemplorum Hebræorum, Pl. 2, 1, Psal. 55, 15, Psal. 6, 43; ubi Radix eiusque derivata significantur, turmatim & cum tumulū confluere. Ita שְׁרֵךְ obsequiose observavit. Quæ vis animadvertisitur ex comparatione etymi eius Hebræi (à quo per usitatum commutationem שְׁרֵךְ in שְׁרֵךְ factum est) שְׁרֵךְ quod ḥōr & observationem cum affectu animi conjunctam notat Hebræis Exodi 32, 25, & Iobi 4, 12: 26, 14: à שְׁרֵךְ permutatis Literis שׁ & שׂ. quæ enallage nec Chaldæis nova. Quinimò, Linguae ferè torius significata tutissimè ex Hebraicæ veritatis fonte hauriri, eiusque identidem iteratis exemplis judicari; advertes infra in ordinariâ vocom Hagiographicæ Chaldaices recensione.

42. Cautio tamen hīc est in hac Regula: quod si quando usus ipse significationem voculæ aliquius longius à suā primigeniā origine degenerare coēgit; magistūm debeat haberi ratio usus quam Etymologicæ derivationis. Ut: cùm מִבְּנָה alioquin in origine Hebræa significet propriè, adhibitâ industria cœu minister coluit: usū tamen postmodum Chaldaeo generalius ad quamlibet actionem indigitandam extensum fuit.

Luth in Gen:
3: super vo-
cūlam בְּנָה
scut in Latinā
Lingue וּבְנָה.
Talem etiam
indicit esse voce
בְּנָה
cap. 42.

Regula tertia,
de qua monet
Luth in Gen.
cap. 4: super
verbum 7.

43. Accedere tertio oportet in quibuslibet textus Hebræi & Chaldaei locis subiectæ materiae & circumstantiarum accuratam pensitationem. Ut: Quod Germanica versio Lutheri in illo מִלְמָנָן (molimentorum) Ezræ 4, 13, recedit ab Hebrais interpretibus: (qui vel טַבְנָה tributum & regias pensiones, ut R. Salomon & Aben Ezra; vel טַבְנָה id est, robur, ut David Kimhi; alij etiam Praeceptum & statutum reddiderunt, habentes pro dictione una) suggestisse Luthero hanc dictionis rationem & vim videtur partim quidem Etymologica deductio ab Hebr: מִלְמָן id est, ambire seu potius circuire (unde Babylonijs מִלְמָן ambitio seu potius molimentum & machinatio, quam quis diu animo versat, circumvolvit & secum circumferit) & à Pronomine מִלְמָן, absorpto מִלְמָן, quod in pronomine æquivalente מִלְמָן non novum: Vt: Dan: 2, 43. in מִלְמָן? Partim vero & quidem maxime suggestit B. Luthero

C

hanc

Regula 4. quam
habet Lutherus
in Genesim cap.
4. super ver-
sum 34.

hanc dictiōnis vim ipsa circumstatiarum textus harmonia in eo loco, ubi vocula adhibetur: ubi sermonis tenor, ipsa quoq; Fœminini verbi adiunctio omnibus suffragijs suis talem quandam expositionem flagitat & quasi in manus tradit'.

44. Prater eam Exemplorum & ~~argigat~~ excussionem, porro requiritur observatio juncturae vocabulorum sive constructionis: quippe cuius diversitas varias saepe & quasi alienas vocabulo generaliori restrictiones; restrictiori dilatationes parit alijs atque alijs Tropologicis translationibus factis: Et rursum, troporum vi in interpretando neglecta, disparatissimas efficit unius eiusdemq; dictiunculae interpretatione in alijs atque alijs Scripturæ locis: quibus tamen unus & simplicissimus nudissimæ proprietatis sinus est constituendus, ad quem interpretationes istas & figuraciones omnes, si modò genuinæ, citra absurditatem reduci posse necesse est.

45. Vt: Quod נָשׁ Dan. 5, 6, activè ac transitivè (*Mutare*) redditur, verum Dan. 7, 19 intransitivè (*mutare se* seu *potius diversè agere*) exponitur: sit ex constructionis positu: Cùm Hebreæ & Chaldaæ verba activa ita compatata sunt, ut non minus ad actionem quodammodo intromanentem aut reciprocam designandam adhibeantur, cùm nempe deest Accusativus alias in quem actio transeat: quam ad *intervicere* egredientē, quando nempe cum Accusativo paciente construuntur. Perinde ut Latinorum Variare pro constructionis positu modò transitivè modò intransitivè capitur.

46. Sic נִמְלָא (generaliter *dócupis*, quam liceat virtutem reddere) speciatim modò ad virtutem animi, modò ad belli vel opum vim applicatur: Ideoq; nunc *Srenuitatem*, nunc *Exercitum*, nunc *Victoriam*, nunc *Divitias* &c. restrictè exponere coegerit iunctorum ei verborum diversitas.

47. Rursum נַפְלֵת si propriè est *destringere*, ut claret ex Cantic. 2, 15, Esa. 10, 27, Dan. 4, 20, &c cap. 6, 23. Translate tamen latius extenditur, ut dicatur *Iehova destringere improborum cepta & instituta*, *b. e. in mediâ etatâ abrumpercere, profligare & damnare*: Eccl. 5, 5. Item Prov. 29, 16, *Destringere sponsorem*, *h. e. exuere eum possessionibus eò usq; dum sponsioni satisfiat*. Cantic. 8, 5, שְׁפָחָה בְּכָלְתָה ibi destringe te mater tua: *h. c.* ibi summa cum anxietate ruptis cotyledonibus

ex

ex utero materno abruptus impensos, studio & secundina destrictus ad exolutus es. Sicuti ad hanc desstrictionem per ipsa mox immediate subiuncta verba limitatur, **רַבָּחַ שְׁלֹמֹה רַבָּחַ וְלֹרֶן** ibi destringendo enixa est te materna. Hinc enim Hebrais etiam Nomen **רַבָּחַ** usurpatur de *wdiu seu dolore parturientia*, Esa. 26, 17. & cap. 66, 7. Sic Psal. 7, 15. Ecce ille destringit scelus, hoc est, *ex intimis cordis sui fibris cum omni animi contentione cunctisq; ingenij nervis intensis scelus quoddam seu anxie parturiens eniuitur.*

48. Alià translatione, *Destringere urbes, regiones vel regna, dicuntur, ea omnibus angulis, ab orâ ad oram, usq; ad exiremitatem quasi destringendo demoliri adeoq; in eternam vasitatem redigere, ut solo aquata videri queant.* Esa. 13, 5. Dan. 2, 44. 6, 27. 7, 14. Ezræ 6, 12.

49. Hac omnia quando emphaticarum figurentur, coloribus exuuntur ab interpretibus, redduntur modò per impedire & damnare, modò Oppignerare, modò Parturire vel parere, modò devastare &c. Quæ redditiones omnes, nisi figurentur fontem attendas, nullà alià ratione conciliari queant. At contrà facilis & horum & talium aliorum innumerorum explicatio evaderi, si phrases & figurarum vim attendas, cum nulla alia Lingua plùs figuris gaudeat, quam Hebraea, eiusvè imitatrix Chaldaea. Verba fermè sunt Divi Lutheri, super Genesin, cap. 42. v. 33.

50. Sicuti eandem Regulam alibi quoq; repetit: *inquiens: Iudæi obscurant genuinum sensum suis equivocationibus, distrahentes vocabula in varijs & multiplici significationes, idq; studiosè faciunt, ad serendas quæstiones & errores omnis generis. Sed diligens Grammaticus debet dare operam, ut varijs significatinis in unam quandam & certam redigat. Quia necesse est unius vocis esse unam propriam & genuinam significationem.* Monstret igitur Radices singulas & eatum proprietates, post figuras, metaphoras, allusiones & phrases colligat. Hoc Rabbini non faciunt.

In Genesin cap. 33. super versum 13.

51. Eadem pluribus diducit in confutatione Latomi, pag. 416. & 417. Tomi secundi Ien: *Qui locus quia insignis est, & ad præsentis negocij illustrationem apprimè facit, non pugabit me cum hic integrè assignare. Sic autem scribit. Hoc libenter asserimus & gaudemus, Scripturas frequentissimè uti figuris Grammaticis, synedoche, metalepsi, metaphora, hyperbole, in nullà Scripturâ frequentiores figura. Sic cum celum*

in universa Scriptura simplex & univoca vox sit, quæ supernam illam machinam significet, tamen Psal. 19. pro Apostolis per metaphoram ponitur. Et Terra simplex vox quid significet, nemo necit: metaphoricè impios vicijs & malis calcando signifcat. Quòd si quis contendat, hec nibilominus multa significata esse: Respondeo: si sic vis, non repugno. Sed quodnam tuni Lexicon erit, quod nos vocabula doceat? cum figuræ eiusmodi sit in arbitrio uterium, seu ut vocant, ad placitum: sicut Horatius docet, Dixeris egregiæ, notum si callida verbum reddiderit iunctura novum. Exempli causa: Vexillum nemo non simplex vocabulum dicit. At cum dixero, vexillum crucis, aut vexillum verbi, nemo non egregiæ factum verbum novum ex notissimo cernit. Et has egregias innovationes si velis proprias significaciones facere, quis erit finis? scilicet, ideo in Lexico scribes, vexillum aliquando significat cūcūm propositam & Evangelium prudicatum: Persius cæpe tunicatum vocat: ergo scribendum? Nota, Tunica significat corticem cæpæ.

Proinde mihi Hebraistaræ illi non placent, qui tot uni verbo significaciones faciunt, occasione Chaldaicorum istorum Onkeli & Jonathæ, quorum hoc negocium fuisse videtur, ut ea, quæ Scriptura venustissimis & ornatisissimis figuris eloquitur, pro rudibus exuerent, & crasso simplicique significato traderent. Hinc natæ illæ equivocationes in istâ Lingvâ sine causâ, & quedam Babylonica confusio verborum. Mirè enim dispergitur & intelligentia & animus istâ varietate, ubi si una simplice, (quoties fieri potest) significazione propositâ, ceteras illius imagines & figuræ iuxta posueris, placido & faciliter sinu omnem illam confusionem colliges, tum & memoriam & intelligentiam mirum in modum juvabis, nec minus animum simul dulcissima voluptate capies. Nescio enim, quæ sit figurarum energia, ut tam potenter intrent & afficiant, ita ut omnis homo naturæ & audire & loqui gestiat figuratè.

Nonne multò dulcius sonat, Cœli enarrant gloriam DEI, quam istud, Apostoli predictum verbum Dei: Et quando Moses Deuter. 4. dicit de astris non adorandis, Ne forte adores ea, quæ creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub

Equivocationes
in S. Lingua
unde natæ.

¶

sub cœlo sunt: Si Hebræum verbum sua simplicitate reddas involuta metaphoræ, certè nihil dulcius, potentius, plenius audias: Sic enim sonat Hebraicè: Quæ blandificavit Dominus Deus tuus cunctis populis sub cœlo. Obscro, quanta eruditio pietatis? quanta concitatio affectuum? quanta voluptas in eo verbo est? quòd DOMINUS Deus astra illa cœli omnibus populis derit, velut adulatus & blanditus eis, quòd eos suavissima & terrima bonitate sua ad fœse aliceret, & mollibus istis beneficijs ad sui amorem invitaret, non aliter quām sicut mater filio suo super genua sua blanditur. Vbi si mihi & quivocator accesseris, & id verbi contenderis propriè eo loci significare, Partitus est, vel ut Latinus interpres transluxit, creavit: cogor tribi cedere: Sed quanta gratia simul me privasti, & velut è paradiso in terram deponisti? dum nimis propriè & citra figuram loqueris, Cùm in figura nihil minus & tuam significationem cum voluptate possederim. Nam quòd hinc Portio, pars, fons, hereditas dicitur, quis nō videt inde manare, quod Deus unicuique blanditur pro sua necessitate, & blanditiæ suas nostras facit portiones, ut possis dicere, Hæc blanditia Dei mihi & mea portio est. Et hinc id Verbi divisionis significationem videtur per Metalepsin traxisse. Unde illud Gen. 49, Dividim illos in Iacob. At Psal. 5, Linguis suis dolosè agebant, pro Lingua sua blanditiæ sunt, retinet gratiam verbii. Igitur id quod Dividere, Blandiri, Creare velut tria vocabula fatus propter usum aurorum vel figurantium vel figuras tollentium, poteras in uno vocabulo concludere, maiore gratiâ & luce.

Psal. 142, 7.
Num. 18, 20.
Ierem. 12, 10.

¶

Sic cùm Deut. 6, dicitur, Et narrabū ea filijs tuis: fortius sonat, si dixeris, &c acues ea filijs tuis. Nam non esse simplicem narrationem, probat, quod sequitur, & loquēris de eis, sive habites in domo, sive ambules in via, sive cubes, sive surgas. Quòd si obstreperes, auvere non ad verba sed ad ferrum pertinere, ut hic propriè verbum istud Iterare, Narrare, Inculcare cogas significare, Permittam tibi, sed magis credam priori ut graciiori significationi & fortasse soli. Nam huius verbi vini æmulatus videtur Paulus 2. Tim. 4, Insta oportunè, importunè, argue, increpa, obscre. Quid hoc est? nisi verbum Dei esse assidue tractandum & inculcandum, acuendum & expoliendum, ne scilicet intrent tradiciones hominum & hebetent verbum Dei, fiatq; illud Ecclesiastis 10,

C 3

Si



Si ferrum rubiginosum fuerit, & facies eius non deterantur, roborabuntur vites &c.

בְּרַע

Et Exod.32, ubi dicitur, Vidensq; populum esse nudum, spoliaverat enim eum Aaron, propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat, Non prohibebor, quin eandem rem melius sic referam: Et videt Moyses populum, quia *ociosus* esset, *ociosum* enim fecerat eum Aaron ad notam, dum exerisset eum. Quod verbum Paulus ad Gal. t. 5. æmulatus dicit: *Evacuati* estis à Christo, Et, *Evacuatum est* scandalum crucis, id est, cœslavit scandalum, iam non efficax est, nec Christus in vobis operosus est. Ita hic Aaron suo vitylo fecerat populum, ut nec à Deo age-retur, nec Deus ageret in ipso, sed *ociosus* ab illis divinis operibus, eret. Aus esset ad gloriam propriae justitiae. Nonne hoc verbo pulchriè, non solum nuditatem ipsam, sed & quid illa sit & portendat, colligo? nempe quod futurum erat, sicut & illic Aaron fecerat, quod Sacerdotes populum à lege DEI tra-herent, & divinis operationibus *vacantem* in suis proprijs operibus erigerent: Sicut & Paulus dicit: circumcidisti vos volunt, ut in carne vestrâ glorientur: Hanc enim gloriā tangit Moyses, quando dicit, populum ab Aarone *evacuatum*, & tamen erectum in suam notam, ut ipse hinc notabilis esset, cuius opera talis esset populus factus: Id quod Hieronymus dicit, Propter ignomini-am sordis & inter hostes nudum constituerat: quod nihil facit neque ad rem neq; ad textum, nisi æquivoces omnia, quod non-prohibeo. Ab hoc verbo Rex AEgypti nomen habet Pharaon, quod sit eiusmodi populi rex, qui *ociosus* sit ab operibus DEI, suis proprijs operosus.

רַעֲשׁ &
עַמָּה.

Adhuc unum, Ps.119 sapientius iteratur hoc verbum Meditari. Ut: Testimonia tua meditatio mea. Et: Meditabor in justificationibus tuis semper: Et cum varijs modis vertatur, tamen facile omnes in unam colligam significationem, quæ est, quod vulgo dicitur, Amicabiliter applicare, sese insinuare: Quod Genes. 4 dicitur, Respxit DEUS ad H̄obel & ad munera eius, ad Cain autem & munera eius non respxit. Proverb. 8. aliter, Et delectabor per singulos dies. Et iterum, delicia meæ ad filios hominum. Esa. 17, In illa die inclinabitur vir ad DEUM suum, & non inclinabitur ad idola sua. Iam Esa. 66, Et super genua blandientur

vib.

vobis. Rursus Esa.6. Et oculos eius clade, Obscuro, sint ista o-
mina vera, ut idem verbum Meditari, inclinari, Delectari, Delicias
habere, Repicere, Blandiri, Claudere, & si fuerint plura, significet?
Iustum autem est, ut vocabula ex uno multiplicare, cum possis vel
omnia vel plurima in unum significatum colligere, & figuris
solis variare? Respexit Deus ad Habel, id est, hoc faciens animum ap-
palit ad eum, Sapientia delectatur per singulos dies, dum hoc agens
appellit animum suum omnibus, & insinuat se benigniter filiis hominum.
Sic, homo applicat sese dulciter ad Deum. Sic, mater blandita fi-
lio in gremio, figit vultum suum in vultum illius, & blande ad eum ge-
fit. Sic, oculos illorum claudit, faciens, ut sponte illos figant in sua
studia, & sic claudantur. Sic, Testimonia tua sunt medicatio mea,
dum ceteris contemnis ad ipsa me verto. Breviter, omnem illam va-
rieteatem colligo in hoc quod verti, Applico aptog, me gratuitò &
ex animo ad illa. Hæc eò dista putentur, ut probetur, Scripturam
esse refertam figuris, Non tot significata & vocabula faciamus, quot
fuerint figure: alioqui, quid opus figuris? Haec tenus Luth.

52. Ac talia fuerunt quatuor priora proprietatis ve-
stigandæ adminicula. Verum enim vero hi quatuor modi u-
niversi adhuc fuerunt vacillantes, quam ut in dictionum si-
gnificatis proprijs constituendis omnē ubiq; αρχιστέγην
per se tollere valcent: Ut: ωρα, quod supra in Regula se-
cunda exposuimus obsequiose obseruare, a ωρᾳ: si id verbi juxta
candem Regulam secundam deduceres ex Hebreo ωρᾳ,
quod significat solem, haud prorsus male reddetur ημετερῃ
Dan.7,10, radiati circumstabant eum. Sic ωρᾳ, quod supra in
Regula tertia exposuimus motiōnem ac machinationem eorum, ab
ωρᾳ, si deflecteres ab Hebreo ωρᾳ & exponeres feruorem eorum;
imò si vel maximè una voce interpretareris tributum, iuxta R. Sa-
lomonem, aut ærarium, iuxta Eliam, cum semel canūm extet;
nempe Ezra 4,13: In his sanè, in quam, & similibus ancipitibus
minutijs nullius periculi, quid causa esset, cui tantoperè quispiam
discruciat aut cum diversa opinione digladiari velit? nempe
salva modo inter illas interpretationum dubitatiunculas ac in-
violatasq; permanēte hac, quæ restat, Maxima: de quin-
to videlicet ac ultimo, quod quasi succenturiatum subvenit si-
gnificationum constituendarum a miniculum longè validissi-
mum...

53. Est ea, Observatio cum interpretationis in Novo Testamento locorum quorundam Propheticorum inibi allegatorum, tūm præcipuarum perspicuā harmoniā in utroque Testamento propositarum rerum seu *ἀναλογίας* fidei. Eas primō & ante omnia bene nosse & consulere, ad germanam dictiōnū vim ac naturam in hisce Lingnis eruendam, perquām est necessarium. Si enim ulla ratione usus & cognitio S. Lingua in integrum restituī poterit, per Christianos id siat oportet, qui ex Novo Testamento veram cognitionem Scripture sancte habent: inquit Divus Luth: in Genesi cap. 33, super versum 18. Imò super cap. 42. 33 affirmat, quod ne Grammaticam quidem Hebream quisquam restituere possit, nisi Christiani qui tenet rem Scriptura sancte, &c. Vide eundem in Gen. cap. 31 de vocula *לְאָנֹהָיָה*. Et porrò in Gen. 16. super versum 13 diligenter eandem admonitionem inculcat: *וְתִשְׁמַחֵן אֶת־עֵינֶךָ וְתִשְׁמַחֵן עֵינָיו*. Et porrò in Gen. 16. super versum 13 diligenter eandem admonitionem inculcat: *וְתִשְׁמַחֵן אֶת־עֵינֶךָ וְתִשְׁמַחֵן עֵינָיו*.

Iohann: Calvinus
in cap. 3. Gen.

54. Exempli hic loco considerabimus Nomen *עָבֵד*, Hebr. *עָבֵד*. Quod id non per se collectivè (ut quidem Ioh. Calvinus contendit) sed sāpe & quidem propriè de unico & singulari Individuo, pro Hebreæ & Chaldaicæ Lingua naturā, usurpetur: argumento sufficienti est interpretatio Novi Testamenti, Gal. 3, 16, ubi Apostolus voculam hanc, in promissione de venturo semine Abrahæ facta, ad unam propriè Christi individuam personam referendam esse docet.

55. Sic fictitiam istam Nominalē formam *עָבֵד*, *fla-*
gra & macerationes jejuniorum, Dan. 4, 24, ex opinione Iudeorum, descendente in ex Radice *עָבֵד*, quam & Delere & Percutere significare comminiscuntur: nunquā illi nobis obtrudent. Tūm quia non Nomen est *עָבֵד* delevit, sed Infinitivus Kal ordinis sexti à *עָבֵד* gratiā affectit: per *וְ* preformativum non per *וְ* radicale: & per *וְ* radicale, non per *וְ* Heemanthicum: (si quidem apud Chaldaeos in ordine sexto nulla proorsus huiusmodi forma Nominalis definit in Radicalem, multo minus in ordine quinto ulla huiusmodi forma Nominalis definit in *וְ* Heemanthicum) Tūm quia Radix *עָבֵד* nunquā significat Percutere, ut infra in catalogo inductio omnia exemplorum Biblicorum evidenter comprobabit. Tūm etiam potissimum, quia memorata Iudaica aphorismi Propheticī expositio

expositio toti & veteris & novi Testimenti consensui ē diametro aperte repugnat. Quippe ubi ēθελογησθā spontaneorum flagrorum & jejuniorum, pro expiatione peccati aut mitigatione pœnarum di vinarum susceptorum, toties disertis verbis manifesta idolomanias arguitur & ad infima tartara damnatur: Vt: Esa. 58, ver. 3, 4, 5. Zachar. 7, ver. 4, 5, &c.

56. Ha fuerunt quinq; significati proprij indagandi Regulæ, Iam d. nique, in Lexicographiâ Chaldaâ concinnandâ non sufficit (ut supra thesi 7 commonefactum) si genuinam dictio-
nis cuiusque proprietatem legitimè inquiramus & inveniamus, certamq; animo constituamus, sed ulterius requiritur etiam
(quod pauci attenderunt) ut in dagatum ac inventum voculæ significatum *vñtror* animo conceptū adæquatè (quam maximè fieri potest) correspondentē redditione Latina donemus, non ambiguâ, quæqué naturâ ac usu redditu vocabuli Chaldei nec latius pateat nec arctius constringatur: non pluribus coacervatis synonymis, quorum vix raro par ac exa-
ctè equipollens fuerit potestas, quin alterum altero vel latius extensum vel angustius contractum usū venerit.

57. Vt: si verbum Hebræum & Chaldæum נָכַר in Lexicographiâ reddas *Perire*: significatum quidem verbi ad modum propinquè ea interpretatione explicabis, sed la-
tiore ac laxiore, quâ ut usus נָכַר Hebræorum aut Chaldæorum ferat: Siquidem illis verbum Kal נָכַר nunquam cum Accusati-
vo juncatum ad perditum amorem transfertur: qualis tamen me-
taphorica traductio & constructio verbo Latinorum *Perire* planè solennis fuerit. Contrà si id verbi in Lexicographia sim-
pliciter reddas *Interire*, iterum admodum quidem propinquè ad vim ac naturam verbi נָכַר collineabis ea redditione, sed jam
angustiore, quâ ut integrum verbi Hebræi & Chaldei usum
exprimat: Siquidem נָכַר metaphorico usu latius extenditur
etiam ad simplicem rei amisionem, quæ utique non semper cum rei
amissione pernicieaut exitio conjuncta est. Reclius proinde &
pleniū usus verbi נָכַר effertur per Latinorum Passivum De-
perdi, quod & ipsum more Hebræo & Chaldeo in laxiore
translatione ad simplicem rei amisionem accommodatur.

58. Patere potest vel ex hoc uno Exemplo יבנ, quanto labore, quanta temporis mora, quamq; accurata circumspectio-
ne in legitima Lexici Hebræi aut Chaldaei cōscriptione opūs sit,
non in eius quidem generis Lexicographia, ubi mera Rabbino-
rum & aliorum interpretum interpretamenta congeruntur &
conglobantur, quemadmodum hactenus in Chaldaico & Syria-
co Lexico Guidonis Fabricij & Masij & aliorum factitatum est:
quod quis non possit p̄f̄stare? Sed in tali Lexicographia, ubi
nempe, in nativa cuique vocabulo Hebræo aut Chaldaeo unica
significatione constituenda & certificanda, omnium Exemplo-
rum Biblicorum conciliatio attendatur, iuxta traditam Regulā
secundam: ubi in epiusque Exempli Biblici consideratione ipse
quoq; res Theologicæ accurate penitetur, ne ullibi significatio
constituta aut redditio quampiā in Articulum fidei absurditatē
aut aliqui violentā cuiusdam textus sacri torsionē incurat,
monentibus Regulis tertia & quinta: ubi item usus proprius ab
usu translaticio diligenter discernatur, iuxta Regulam quartam:
ubi deniq; significatio & interpretatio Latina ita conformetur,
ut redditā voculā Chaldaea usu nec latius patet nec angustius
constricta sit, monente capella ultima. Hanc ipsam proinde, uti
& reliquas antecedentes necessarias Regulas, quod à nemine Le-
xicographo Chaldaeo hactenus factum est, in hac nostra Hagio-
graphicæ Chaldaices Lexicographia pro viribus observare co-
nabimur, quam, favente Altissimo, subsequentे utraque dis-
putatione pijs harumq; Linguarum gnaris Lecto-
ribus judicandam proponemus.

Sphalmata typographica.

Thesi 18, lege פָּרָא. Et sic in sequentibus lineis, per
א, non per ב.

F I N I S.

05 A 1554

ULB Halle
003 779 424

3



VDTF Su,



Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19



S DICTIONUM
LINGVÆ CHALDÆÆ
TATIS PURITATE, DANIELIS
numentis Chaldæis, collectus:
issimum opera data est, ut dictio-
crudioribus Iudæorum & Pontifi-
Bellarmi, Guidonis Fabricii
ti Ariamont: illitis æqui-
depravationibus
rentur,

is in illustri Academia Witteber-
propositus

per

GIBELIVM Torgens.

em discursum de genuina lexicogra-
de ratione nativam significationem in quali-
reddenai. Habenda erit ror bid

26. Aprilis:

N D E N T E

EKENIO Hildesiano Sax.

it singulas dictiones Hagiographicæ
erum ipsarum dimidium,
liem 3. Maij.

nias hujus Chaldaæ expositio-
usque ad finem,
liem 19. Maij.



B E R G A E

per Iohann. Gorman.

4. D C. VI.